

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispvtatio XXXVIII. De Providentiâ supernaturali omnibus communi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

VII.
Peculiaris
ratio cum no
sit opus ut
videatur
scientia
conditio
nem.

VIII.
Ad commun
em etiam
providentia
requiriuntur
in Deo scien
tia.

Addit peculiarem esse rationem cur non sit nec
esset ut scientia conditionata inter alia principia
cognoscatur: præterquam enim quod sit principium
remotum, ulterius concurrit tantummodo
directivè: ad hoc autem ut principium directivum
concurrit, non est opus ut ipsum cognoscatur, sed
ut per ipsum cognoscatur objectum, hoc enim
sufficit ad movendam voluntatem, ut rem illam, &
principia ad illam requisita velit. Unde quamvis
scientia conditionata ad providentiam sit ex parte
Dei simpliciter necessaria, opus tamen non est ut
visà causa consensus, videatur.

Nullum ergo argumentum video, quod adver
sariorum intentum convincat, nec cui commodè
responderi nequeat. Quare existimo ad commu
num etiam providentiam esse simpliciter in Deo
necessariam scientiam conditionatam, nec sine cù

Deum unquam, circè causas presertim liberas, *tia condic
operari posse.* Hoc probant argumenta suprà po
nata, illud maximè sectione sexta, num. 2. Deum

enim operari non decet nisi omnibus perpensis,
cunctaque circumstantias cognoscendo, quæ ad
rei aliquis dispositionem facere possunt; hanc
quippe rationem assignat S. Thomas 1. p. q. 19.

art. 7. corp. cur Deus mutare decretum non possit. Nullum ergo in Deo esse debet decretum, quod
non procedat ex consideratione omnium, que
quovis modo ad rei aliquis productionem perti
nent: una autem ex præcipuis circumstantiis circa
auxilium est, utrum, si detur, si habiturum effe
ctum, & voluntas ex vi illius consensura, ut loco
eitate latius declaratum est: ergo Deus non nisi
hoc viso, illud conferre potest.

DISPUTATIO XXXVIII.

De Providentia supernaturali, omnibus communi.

PRÆDESTINATIO, ut Disputatione sequente videbimus, ad solos
Electos pertinet, estque eorum propria, qui de facto salutem consequentur.
Reprobatio econtra deis dicitur, qui ad eternam vitam nunquam pertingent.
In praesenti itaque de Providentia agimus reprobis juxta & prædestinatis com
muni. Tria proinde in hac Disputatione sunt inquirenda: Primò, utrum Deus
velit omnes homines salvos fieri, qua de re nonnulla dicta sunt suprà, Disput. 29.
sect. 3. pleniorē tamen ejus discussionem hoc remisi: Secundò, an adultis om
nibus det media sufficientia ad salutem: Tertiò, num etiam parvulis hac in
parte sufficienter sit provisum; de his enim peculiaris videtur esse difficultas.

SECTIO PRIMA.

*Velutne Deus omnes homines salvos
fieri.*

I.
Hereticorū
quorundam
sententia.



IGIDIORES Calvinistæ affirmant
Deum ex se, & antecedenter ab
aterno decrevisse omnes, præter
Electos, perpetuis addicere cru
ciatibus, hieque non solum non
habere voluntatem ullam reprobos salvandi, sed
positam etiam habere intentionem eos, nullis
prævisis demeritis, damnandi.

II.
Catholicorū
aliquorum
opinio.

III.
Deus habet
voluntatem,
non signi
tandum, sed
benepacient
salvandi
omnes.

Secunda opinio est quorundam Catholicorum,
qui similiter aiunt Deum circa reprobos non ha
bere voluntatem eos salvandi: ita Alvarez de
auxiliis, Disp. 20. num. 7. & Disp. 34. Bannez
hic, quæst. 22. artic. 1. ad 4. Cajetanus ibidem,
& alii.

Verissima tamen, & planè amplectenda senten
cia est, Deum veram & sinceram habere volun
tam antecedenter omnes homines salvandi,
conditionatam quidem illam, & ab eorum coope
racione dependentem, ejusmodi tamen ut non sit
voluntas tantum signi, sed verus in eos affectus,
& ratione cuius dat his media sufficientia ad salu
tem consequendam, ut paulo post videbimus: ita
S. Thomas hic, quæst. 19. artic. 6. ad primum:

Deus, inquit, antecedenter vult omnem hominem sal
varis, sed consequenter vult quosdam damnari secund
um exigentiam sue justitiae. Idem tenet S. Bonavent
ura in disp. 46. art. 1. quæst. 1. Halensis 1. parte,
quæst. 36. memb. 2: Suarez hic, lib. 4. de Prædest.
cap. 1. & 2. Salmeron disp. 6. in priorem Epist.
ad Timoth. Bellarm. lib. 2. de Gratia, cap. 5.
Lessius de Prædest. num. 66. Valsquez, Valentia,
Molina, Arrubal hic, quæst. 19. art. 6. Erice
Disp. 17. cap. 3. Tannerus 1. p. disp. 2. quæst. 10.
dub. 3. num. 5. Faber in 1. tom. 2. disp. 58. cap. 5.
Alarcon hic, tract. 5. disp. 6. cap. 3. Granado
1. p. tract. 4. disp. 4. & alii. Quod vero de ho
minibus dico, idem dicendum de Angelis.

Probatur in primis, variis Scripturæ locis, à
Suario citato & aliis afferri solitis, quibus ostendit
ur Deum velle omnes salvos fieri: Sic enim
Ezech. 18. vers. 23. & cap. 33. v. II. dicit Deus se
nolle mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.
Apocal. etiam 3. v. 20. ait: Ego sto ad ostium &
palmo: signis audieris vocem meam, & aperueris mihi
ianuam, &c. Joannis item 1. vers. 9. dicitur Deus
illuminare omnem hominem venientem in hunc mun
dum. His consonat illud 2. Petr. 3. v. 9. Patienter
inquit Apostolus, agit propter vos, nolens aliquos
perire, sed omnes ad penitentiam reverti. Quibus
Scripturæ locis constare videtur, Deum velle om
nes homines salvos fieri: quorsum enim stat ad
ostium cordis uniuscujusque, & pulsat, inspira
tiones.

tiones scilicet bonas iis & illuminationes immittendo ut resipiscant, nisi quia eorum salutem, quantum est ex se, desiderat. Imò aperte testatur velle se ut non pereant, sed ut convertantur & vivant, quod idem est, atque ut salutem confuantur.

V. Christus pro omnibus mortuis est, ergo inuidet, quantum est ex se omnis salutem. Secundò hoc idem probatur: certum est Christus pro omnibus esse mortuum; ergo omnes vult salvos fieri, & eo animo sanguinem suum fudit, ut omnes redimeret, & ad aeternam beatitudinem, quantum est ex se, perduceret: antecedens confitit; inter alias enim propositiones in libro Cornelii Januenii Irenensis Episcopi ab Innocentio decimo damnatas, haec una est: *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse; quam propositionem Pontifex Falfam, Temerariam, Scandalosam; & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute duxata Prædestinorum mortuus sit: Impiam, Blasphemiam, Contumeliam, Divinæ Pietati Derogantem, & Hæreticam declarat, & uti talem damnat.*

VI. Eadem Propositio dicitur damna quodam Conclilio Arelatensi. Secundò hoc idem probatur: certum est Christus pro omnibus mortuis est, & omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse; quam propositionem Pontifex Falfam, Temerariam, Scandalosam; & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute duxata Prædestinorum mortuus sit: Impiam, Blasphemiam, Contumeliam, Divinæ Pietati Derogantem, & Hæreticam declarat, & uti talem damnat.

VII. Christus omnium est Redemptor. Secundò hoc idem probatur: certum est Christum pro omnibus esse mortuum, & omnium esse Redemptorem, utpote qui propter nos, & nostram salutem descendit de cœlo, ut numerum clausam cœli januam reseraret, & viam omnibus ad beatitudinem aperiret, quavis multi redempcionis ejus fructum, suā culpā non percipient, sed viam ad salutem peccatis suis obstruant, cœlique portam ultro sibi ocludant.

VIII. Patres docēt velle Deum omnes homines salvos fieri. Accedit, hanc esse communem sanctorum Patrum sententiam, qui paſſim affirman, Deum velle omnes homines salvos fieri: sic enim cap. 2. Epist. 1. ad Timotheum loquitur S. Chrysostomus, Theophylactus, S. Ambrosius, S. Hieronymus, & alii. Idem docet S. Prosper lib. 2. de Vocatione Gentilium, cap. 19: & 25. S. Athanasius lib. 3. de Assumptione hominis, & alii paſſim, ut latius declarabitur Sectione sequente.

SECTIO SECUNDA.

*V*iterius ostenditur velle Deum omnes homines salvos fieri.

I. Dicitur testimonium D. Pauli 1. ad Tim. 2. *P*RECIPUA verò hujus rei probatio defumatur ex Epistolâ primâ Divi Pauli ad Timotheum, cap. 2. v. 4. ubi de Deo loquens Apostolus, *Omnes homines, inquit, vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Deus ergo omnibus hominibus optat salutem, & ad hunc finem Filium suum unigenitum dedit, & per eum Sacramenta instituit, & alia media ad salutem necessaria suppeditavit, & si quis pereat, non defectu voluntatis in Deo, & sinceri affectus cum salvandi, sed suā malitiā perit, ut dictum est Sectione precedente, num. 7.

II. Tertii S. Aug. circa hunc locum Apostoli facilius explicationes. Difficultatem circa hunc locum Apostoli faciunt tres Divi Augustini, ejusdem explications. Prima habetur libro de Correptione & gratia, c. 14. ubi ait intelligendum esse Apostolum, non de

R.P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

singulis generum, sed de generibus singulorum, ut sensus sit, velle Deum omne genus hominum salvare, id est ex unoquoque genere aliquos, ut viros aliquos, alias feminas, ex Judæis quodam, quosdam ex Gentilibus, & sic de senibus, adolescentibus, Regibus, plebeis; &c. sicut omne animal fuit in arca Noe. Secunda loci hujus explicatio habetur in Enchir. cap. 103. Deum sci-
lacet velle omnes salvos fieri, qui salvantur: sicut magister aliquis, qui solus docet in civitate qua-
piam, docere dicitur omnes pueros in illa civi-
tate, quia quietinque pueri docentur, ab illo do-
centur, non ab alio: si quisquis salvatur, per
Dei voluntatem salvatur, nec sine ejus voluntate
quisquam salutem consequitur. Tertia demum explicatio ponitur cap. 15. de Correptione & gra-
tia, neipo. Deus vult omnes homines salvos fieri;
id est facit nos hoc velle: sicut idem S. Augustinus, S. Gregorius, & S. Ambrosius illud ad Ro-
manos, cap. 8. vers. 26. *Spiritus postulat pro nobis genitibus innervaribilibus; expounit, postulat, in-
quiunt, id est postulare nos & gemere facit.*

Ceterum, licet ob auctoritatem tanti Docto-
ris haec fiam habeant probabilitatem, aliam ta-
men universaliori explicationem non exclu-
dunt, que & communis Patrum, & ipsius etiam
Divi Augustini interpretatio est, mentique Apo-
stoli multo conformior, ut jam ostendam.

Vera itaque & genuina Divi Pauli hoc loco explicatio est, Deum sine illâ exceptione velle omnes omnino homines salvos fieri, voluntate antecedente, verâ & propriâ, quamvis non omnino efficaci; unde non obstante hac voluntate vult aliquos consequenter, prævisis scilicet eorum de-
meritis, damnari. Hanc verò esse mentem Apo-
stoli, in primis fudat ipse contextus: obsecrat enim orari pro omnibus, quia Deus vult omnes homines salvos fieri: verba ergo hoc sonant, sicut *Scriptura que haud dubie sensus literalis; ad alias autem explications, sine necessitate, quæ hic nulla est, non est recurrendum, juxta communem regulam à Patribus & Theologis ad Scripturam interpretationem assignatam.* Deinde cupit Apostolus ut pro omnibus sine illâ limitatione oreatur, cum ergo codicem tenore verborum rationem hujus sui desiderii subdat, quia scilicet Deus vult omnes salvos fieri, satis ostendit velle etiam Deum omnes sine limitatione salvare: nec enim verisimile est Apostolum voce *omnes* in eadem linea uti *equivoce.*

Hoc etiam aperte colligitur ex verbis proximè sequentibus, hanc quippe Dei voluntatem salvandi omnes, ex eo colligit D. Paulus, quod *unus sit Paulus hic Mediator Dei & hominum homo Christus IESVS, qui allata pro dedit redempcionem semipotest pro omnibus, sed velle omnem Christus non aliquorum Judæorum, Gentilium, Regum, plebeiorum, virorum, feminarum, &c.* *vult homines salvos fieri.* est Redemptor, sed omnium, ut Sectione precedente, num. 5. 6. & 7. ostensum est; ergo sicut nullus est, quem non redemit, ita nullus est, quem non velit salvum fieri. Adde proprietatem, & verum sensum unius loci Scripturæ, ex consonantia aliorum locorum esse defundendum; in aliis autem Scripturæ locis, ut Sect. precedente n. 4. ostendi, expresse habetur velle Deum omnium salutem; ergo hic etiam locus est ita intelligendus.

Tandem Patres, ut in fine Sect. precedantis vidimus, hoc modo prædictum Apostoli locum miniter hoc interpretantur: inter quos S. Ambrosius, *Si Deus modo Apo-*
inquit, qui Omnipotens dicitur, omnes homines salvos terpretatus
vult.

208 Disp. XXXVIII. De Providentia supernaturali. Sect. II.

TOMVS I.

vult fieri, cur non impletur ejus voluntas? & paulò post subdit: *Vult enim Deus omnes salvos fieri sed se accedant ad eum: non enim si vult, ut nolentes salventur, sed vult illos salvari, si & ipsi velint.* Idem docet S. Joa. Damascenus cap. primo ad Ephesios. S. Clemens etiam libro secundo Conflit. Apostol. cap. 59. hanc sententiam tradit tanquam ab Apostolis acceptam: & subjicit, *Voluntas Dei est, ut nullus intereat, sed universi homines unanimi sententia credentes ei, & unanimem laudem ferentes in eum, vivant in aeternum.* Quam etiam esse sententiam S. Augustini ostendetur infra, num. nono.

VII.

S. Thomas
hunc locum
Apostoli ex-
pliuit, quod
Deus vult
omnes omni-
nō homines
salvos fieri.

Aliis D. Tho-
matis hujus lo-
ci explicatio,
juxta prece-
dentes de-
bet intelligi.

S. Thomas in his locis apostoli testimonium interpretatur: cum enim duas loci hujus explicaciones ex S. Augustino supra, num. 2. positas retulisset, iis relictis ait sensum apostoli esse, velle Deum antecedenter omnem hominem salvari, quamvis consequenter, visis nimis eorum peccatis & impenitentia finali, velit aliquos damnari; quae est ipsius nostra conclusio. Juxta quam interpretationem explicari debet, quod alibi dicit S. Doctor, Deum scilicet velle omnes salvos fieri, voluntate, non beneplaciti, sed signi, seu quod det omnibus doctrinam, & præcepta, quae sunt indicia velle cum omnium salutem, quamvis revera non velit omnes, sed aliquos tantum salvare. At sine dubio hoc D. Thomas pronuntiavit, ut dixi, juxta proximè allatam ejusdem explicationem predicti Divi Pauli testimonii intelligi debet; si enim Deus det signa & indicia se omnium salutem cupere, re tamen verâ eam non cupiat, fictè, simulatè, ac dolosè agit cum hominibus; quod de summa veritate ac bonitate cogitare nefas est.

VIII.

Deus dat
reprobus va-
ria tribuit media
salutis, ergo
vult eorum
salvationem.

Ratio denique est, nam juxta Concilium Trid. sess. 6. cap. 7. Deus reprobis varia tribuit media salutis, idque ex intentione eos salvandi. Homo, inquit Concilium, ex iusto sit justus, & ex inimico amicus, ut sit hares secundum spem vita eterna. Hujus iustificationis causa sunt, finalis quidem, gloria Dei, & Christi, ac vita eterna, &c. Ergo Deus habet voluntatem eos salvandi, cum in hunc finem isthac iis media largiatur.

IX.

Quam cer-
tum sit velle
Deum omnes
homines sal-
vos fieri.

Clare docet
S. Augusti-
nus Deum
velle omnes
homines sal-
vos fieri.

Undo, inquit Suarez, hic lib. 4. cap. 1. num. 7. assertio posita, nempe Deum velle omnes salvos fieri, tanquam certa est accipienda, cum in sacris Litteris suis expressa sit, & communis Patrum calculo firmata, ut jam ostensum est. Quibus accedit S. Augustinus lib. de Spiritu & literâ, cap. 32. ubi explicans locum illum Apostoli 1. ad Timoth. 2. ait *Velle quidem Deum omnes salvos fieri, non sic tamen, ut iis admittat liberum arbitrium, quo vel bene, vel male utentes, iustissime judicentur.* Ergo juxta S. Augustinum voluntas illa extenditur etiam ad reprobos. Item in libro ad articulos sibi falso impositos, quorum secundus erat, *Quod Deus nolit omnes salvare: Respondet, Sincerissime credendum est, atque profidendum, Deum velle ut omnes homines salvi stant, siquidem Apostolus, cuius ista est sententia, sollicitè praesipit, quod in omnibus Ecclesiis fidelissime custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur.* Quæ verba habentur apud S. Prosperum, ad objectiones Vincentianas, Response secundâ.

SECTIO TERTIA.

Objectiones contra id quod diximus,
Deum scilicet velle omnes
salvos fieri.

O BIICIES primò, assignari non posse, quisnam sit actus ille, quo Deus vult omnes salvos fieri: non enim est efficax, sic namque omnes salvarentur, cùm voluntas Dei efficax semper impletur, certum tamen est omnes non salvari. Nec etiam est inefficax, voluntas quippe inefficax arguit imperfectionem, & consequenter Deo repugnat. Respondet voluntatem hanc non esse efficacem respectu finis intenti, ob rationem in argumento allatam. Nec tamen est merè inefficax, & quia nullum omnino habet effectum, qualis est complacentia, quam Deus habet de creaturis possibilibus, ex vi cuius nihil circa illas operatur, nec quidquam iis communicat.

Dico itaque voluntatem hanc Dei, quâ vult omnes salvos fieri, esse efficacem partim, partim inefficacem, & non incongruè vocari posse. Mixtam. Respectu ergo salutis, quam Deus reprobis per hanc voluntatem intendit, est inefficax; illam enim reprobi nunquam consequentur: respectu tamen mediiorum sufficientium, est efficax, vel immediate, si simul sit intentio finis & illorum electio, vel latenter mediate, quatenus scilicet ex vi hujus actus, quo illos salvare cupit, oritur aliis, quo vult media, per quæ possint salutem consequi; inquit quantum est ex parte Dei, de facto eam consequentur, nisi iis ipsi uti nolent, & immisssis à Deo inspirationes rejiciendo, ultro sibi damnationem accerferent.

Hæc tamen voluntas nullam in Deo arguit imperfectionem, cùm non sit inefficax defectu potentie; Deus quippe, si vellet, hominum voluntates cogere posset, & vim iis inferendo, in quacunque partem veluti nolentes pertrahere: sed suavi potius viâ, hominisque natura conformi procedere maluit, & indemne ejus servare libertatem, ac creaturam rationalem rationali modo gubernare, itaque voluntatem ei suam accommodare, & attemperare concursum, ut nec remuendi necessitatem imponeret, nec volenti viris ad salutis consecutionem requisitas deneret.

Nec, quod opponunt aliqui, Agatho Papa in sextâ Synodo voluntatem illam, quâ Christus in horto mortem vitare voluit, ideo probat non fuisse divinam, quia fuit inefficax, sed quia ibidem significatur diversam fuisse à divinâ: statim enim subiect Christus, *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Nec illam etiam voluntatem Marci septimo, quâ Christus latere voluit, probat Pontifex fuisse humanan, quia erat inefficax, sed quia infirma, *Voluit enim latere,* inquit Evangelista, & non potuit, ex vi scilicet voluntatis humanæ præcisè media ad latendum sufficientia in illâ rerum periftati adhibere nequivit. Sed de voluntate inefficace, quo pacto Deo non repugnet, fuisse dictum est supra, Disp. 29. sectione tertia.

Objicit secundò P. Vásquez ex Gregorio in i. dist. 46. quæst. 1. & aliis, locum illum S. Pauli Sect. præcedente citatum, Deum scilicet velle omnes homines salvos fieri, extendi ad filios adultos, non ad parvulos, cùm dicat Apostolus, illos parvulos velle.

Deus vult omnes homines salvos fieri. Sect. III. 289

VI. velle Deum salvos fieri, quos vult ad agnitionem veritatis venire, hoc autem ad solos adultos pertinet, non ad parvulos, eos saltē qui in utero materno sine baptismo moriuntur. Huic objec-tioni satisfiet Sectione octavā, ubi inquiremus, utrum parvulus omnibus dentur media sufficientia ad salutem.

Obj. Si Deus omnes homines salvos fieri, cur non das omnibus media sufficientia?

Objicies tertio: Si Deus, ut diximus, velit omnes homines salvos fieri, seriōque eorum saltē desideret, cur omnibus, cūm facile possit, auxilia efficacia non tribuit, quibus de facto salvantur. Quis enim Medicus, qui seriō sanare cūt infirmi, si habeat medium efficax, quodque certissimē novit sanitatem ei allaturum, hoc omisso, inefficacia tantum applicabit, & quē scit nihil agro profutura.

VII. **Res hac ex-
plo declarata.** **Reff. Deus extra miracu-
lum non posse sapere auxiliū
efficaciam.**

Respondet cum Recentioribus quibusdam, qui rem hanc optimè declarant, si omnipotiam Dei spectemus, posse eum facile (utpote cui nihil hoc modo est difficile) dare omnibus auxilia efficacia: sapè tamen nisi per potentiam absolutam, & circa miraculum facere hoc illum non posse. De lego tamen ordinariā, & spectatō communi rerum cursu, præsentibusque, in quibus versamur circumstantiis, imatāque multorum perveritate ac duritie, & peccandi occasionibus, non potest Deus omnibus facilē hujusmodi auxilium concedere. Homini exempli causā qui in popinis perpetuō & compotationibus versatur, & ita huic vitio est addictus, ut nullam seīe inebriandi occasionem omittat: huic, inquam, homini auxilia communia, & quæ de lege ordinariā dari solent, quæque alterum minus peccato huic deditum, quamvis interdum in illud labatur, ad sobrietatem amplectendam perducere, non essent ad hunc effectum efficacia; Deus autem ad auxilia extraordinaria, & quæ secundum præsentem rerum statum dari non solent, seu ad miracula, non tenetur recurrere: sicut enim ut Auctor naturalis, & in administratione Universi non obligatur ad patrandam miracula, ita nec ut Auctor supernaturalis, sed eo ipso quod illa media det, quæ secundum statutum rerum cursum, & legem ordinariam dari possunt & solent, censetur seriō velle omnium salutem. Existimo tamen, si duo auxilia æquē connaturaliter hic & nunc alicui homini danda occurrant, quorum alterum sit efficax, alterum inefficax, Deum id semper dare quod est efficax: hoc enim summae ejus bonitati, sincero-que in homines affectui, multò est conformatius: nec unquam dat auxilium purè sufficiens præ efficace.

VIII. Urgebis, cur saltē Deus, si omnes salvos Quares cur vellet, talem rerum ordinem instituit, in quo videbat media efficacia dari omnibus connaturaliter non posse? Respondet, Universum sine magia hominum varietate, diversitatēque naturalium, conditionum, ac statuum connaturaliter instituit nullo modo posse, sicutque varia occurringant necesse est peccandi occasionses, & gratia impedimenta, ut benē declarat S. Thomas hic, quād. 3. art. 5. ad tertium: Si verò ulterius quis inquirat, cur hic homo in particulari potius quam alius, in his vel illis constitutus circumstantiis, hoc ad divinam prædestinationem pertinet, & nostrum captum superat: justissimā hujus rei in infinitā illā sapientia sua abyssō rationes habet Deus, hocque occulto iudicio non iusto facit, inquit S. Augustinus Hom. 58. in Joan. & in celo apparitum ait cur unus præ alio sit assumptus. Unde, inquit idem S. Augustinus tract. 26. in

Dei iudicia
**sunt esse
cœlia, nun-
quam iusta.**

Dei iudicia sunt esse cœlia, nunquam iusta.

R.P. Comptoni Theol. Schola. Tom. I.

Joan. Quare hunc trahat, & illum non trahat, nō velle iudicare, si non vis errare; interim exclamandum nobis cum Apostolo: O altitudo divitiarum, &c. Illud certum, nihil ex parte Dei deesse, quā minus omnes salvantur.

Objicies quartō, Habere etiam Deum voluntatem puniri peccatores, si in peccato decadant, idque antecedenter; ergo nihil in eo ponitur singulare circa salvationem. Respondet, Diversissimo modo Deum se habere circa salvationem hominum, & circa punitionem; erga ille peccatores, lam enim ita afficitur, ut non solum eam amet, & fieri cupiat, sed etiam conditionem poni optet, sub qua est obtinenda, bona scilicet opera, & alia ad salutem consequendam necessaria. Punitionem vero, quāvis eam amet (bonum enim est puniri peccatores, & exerceri justitiam) antecedenter tamen non optat, nec poni cupit, desideratque ut conditio ad illius inflictionem requiratur, peccatum scilicet, non ponatur: in illius perpetrationem prohibet, & omni modo homines ab eo deterretur.

IX.
Differentiā
inter voluntā-
tem, quam
Deus habet
puniri
peccatores,
& omnia
salvandi.

SECTIO QUARTA.

Vtrum adultis omnibus dentur media sufficientia ad salutem.

Res hæc in materiam de gratiâ differri solet, I. ubi fuse à Theologis discuti eam video, Hac quæstio utpote quæ ad gratiam prævenientem, seu peculiariter excitantem peculiariter speciat. Cum tamen ad fratres ad materiam de gratiâ.

Prima itaque sententia, vel error potius, est II. Semi-Pelagianorum, quos haec in parte sequitur Cessianus, & ali. Dicebant itaque gratiam Dei omnibus in actu primo esse paratam, quam proinde habere quis potest, modò eam petat, & accipere velit. Addebat insuper, in unicuiusque potestate esse ex meris viribus liberi arbitrii eam petere sicut oportet, & absque illo auxilio supernaturali obtinere.

Lutherus econtrari in assertione art. 36. Calvinus lib. 3. Inst. cap. 22. & cap. 24. quos Calvinistæ Error Luthe- rigidiores sequuntur, atque gratiam sufficiētem, & auxilium speciale, & media ad salutem conse-quendam necessaria multis deesse, iis nimur omnibus, qui ad eternam beatitudinem non sunt præ-ordinati, nec per electionem, seu prædestinationem, à mala perditionis, ut aiunt discreti. Cui etiam sententia subscripta Cornelius Jansenius Irenensis Episcopus: inīd ulterius cum Calvino assent nullam omnino dari gratiam purè sufficiētem, seu qua non actu fortuitur effectum.

Dicendum nihilominus, nulli adultorum, qui rationis usum sunt adepti (de iis enim, qui ab infantia mente capti sunt, eadem est ratio ac de infantibus) præter gratiam legis & doctrinæ, seu exter-nam prædicationem quæ ex se non est gratia sufficiens; dicendum inquit, nulli defuisse inter-nam aliquam gratiam cogitationis sanctæ, ad adep-tionem salutis sufficiētem; si per ipsos non fitetur, quamvis multi eā ad salutis consecutionem, suā culpā non utantur: ita Halensis 3. p. q. 69. memb. 5. art. 3. Alber. Magnus, D. Thomas 3. contrā Gentes, cap. 159. & q. 14. de veritate,

III.
Semi-pela-
gianorum
error circa
gratiam suf-
ficiētem.

IV.
Nulli adul-
torum
defunt me-
dia ad salu-
tem confe-
quendam
necessaria.

TOMVS L 210 Disp. XXXVIII. De Providentiâ supernaturali. Sect. IV.

3. II. ad primum, S. Bonaven. in 2. d. 38. a. I. q. 3.
Scotus in 1. d. 46. Suarez lib. 4. de Prædest. cap. 3.
Lefsius de prædestinatione, num. 65. Tannerus
tom. 2. disp. 6. quæst. secunda, disp. secunda,
& alii.

V.
Dicunt ali-
qui vocatio-
nem super-
naturalem
omnes actio-
nes non recipie-
re.

Suarez tamen citatus, num. 19. & alii affirmant,
omnes, præsertim infideles, non recipere actu
vocationem supernaturalem, proximè sufficientem
ad salutem, sed solum aliquid ad hoc disponens:
recipiunt tamen eam inquietum, quantum est ex parte
Dei, & consequenter proximam haberent, nisi
per ipsos stareret, quippe qui ponendo impedimen-
tum, in culpâ & causa sunt, cur actu ejusmodi il-
luminationem non recipient, alias eam recepturi,
vel exterius per homines, Deo ita res humanas
disponentes, vel interius per Angelorum ministeria
eum illuminando, quod à providentiâ super-
naturali non est alienum.

VI.
Varia Scri-
ptura refi-
monis pro-
batum dari
omnibus
gratiam suf-
ficiensem.

Probatur conclusio primò ex illo Joannis I. v. 9.
Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:
quod licet de illustratione à naturæ lumine prove-
niente intelligant nonnulli, re tamen verâ de lumi-
ne gratiæ, & fidei illuminatione juxta communem
Patrum interpretationem est intelligendum, ut illius
loci interpres ostendunt. Matthæi item 5. v. 45.
de Deo dicit Christus, qui solem suum oriri facit
super bonos & malos, & pluit super justos & injustos:
quod S. Ambrosius ferm. 8. in Psalm. 118. de sole
etiam justitiae, & pluviae gratiae, ex quibus ille ani-
man radiis suis illutrat, haec rore saluberrimo, suauissimisque sanctarum cogitationum imbris irri-
gat, intelligendum affirmat.

VII.
Alia Scri-
ptura loca
ad proban-
dū gratiam
sufficientem.

Ulterius probatur ex illo I. ad Timo. 2. v. 4.
Deus omnes homines vult salvos fieri. Secundum
etiam Petri, cap. 3. v. 9. de Deo dicitur: nolens
aliquos perire, sed omnes ad pannentianam reverti. Item
de fide est Christum pro omnibus mortuum esse,
omniumque esse redemptorem, ut vidimus sect. I.
num. 5. 6. & 7. & tradit Apostolus I. ad Corinth. 15.
& I. ad Tim. 2. v. 6. ubi de Christo loquens, de-
dit, inquit, redēptionēm semetipsum pro omnibus.
Quo pacto autem est redēmptor omnium, seu pro
omnium salutē est mortuus, si media ad salutem
consequendam necessaria omnibus non providerit;
si enim nullus omnino fructus ex Christi passione
in eos est dirivatus, quis cum dicet sc̄iō omnium
salutem desiderasse, & pro omnibus esse mortuum?
Prima item ad Timoth. 4. v. 10. de Christo dicit
idem Apostolus: qui est salvator omnium hominum,
maxime fidelium: in qua verba S. Prosper lib. 2. de
Vocat. Gentium, cap. 10. Est, inquit, salvator om-
nium, quia dat omnibus, unde salvati posint, sed
maxime fidelium, quia dat illis non solum, ut salvati
posint, sed etiam ut salvantur: nec fāc̄ aliam hac
verba interpretationem ferre videntur.

VIII.
Omnibus
media dari
ad salutem
necessaria
probatur ex
SS. Patribus.

In eādem veritate confirmandā multi sunt San-
cti Patres: & ut omissam S. Ambrosum, & S. Prosp-
erum proximè citatos, S. Clemens Alexandrinus
Oratione ad gentes: Audite, inquit, qui estis longe,
audite qui prope, nullus celatum est verbum, lux est
communis, omnibus illucscit hominibus, nullus est in
verbo Cineris. Ut autem alios omissam, pulchre
hac de re scribit S. Chrysostomus Homiliâ 7. in
Joan. Si illuminat, inquit, omnem hominem venien-
tem in hunc mundum, quoniam patet tot homines sine
lumine permanent? neque enim omnes Christiani cognos-
cent, quomodo ergo illuminat omnem hominem? illu-
minat profecto quantum in ipso est, si qui autem sponte
sua mente oculis conuentione ad hujus lucis radios
aciem dirigere noluerint, non ex luminis naturâ in re-
nebris persisterunt, sed ex malitia sua sponte tanto se-

S. Chrysos-
tomus.

dono indignos reddiderunt. Hec ille. Idem habet
S. Cyrillus, S. Basilus, & alii.

X.
Ratio vero est; nam aliqui nullus se jure re-
prehenderet, quod gratiæ Dei, quantum potuit ac
debuit, non sit cooperatus, nec tantum, quantum
potuit boni præstiterit: quod tamen & sanctis viris
familiari esse cernimus, & Deus per Prophetas
populo Israëlico non semel exprobravit, ut Isaïe 5.
v. 4. Quid est quod debui ultra facere vinea mea, &
non feci, &c.

SECTIO QUINTA.

Prosecutione ejusdem materiæ ostendi-
tur dari omnibus gratiam
sufficientem.

NULLUS ergo omni internâ illuminatione
penitus delititus relinquit, sed singulis
sancta identidem cogitatio immittitur, per quam,
si velint, consequi salutem possint. Et quamvis
prædicatores ad omnes non mittantur, qui iis ad
salutem necessaria verbis denuntiant, ipsa tamen
externa mundi species, eximiaque Universi pulchri-
tudo, & ordinissima rerum omnium varietas illis
predicat, eosque erudit; Cœli siquidem enarrant
gloriam Dei, clarissimaque & nunquam intermisso
voce (concentum quippe cœli quis dormire facit)
denotant dari horum omnium creatorem aliquem
& administratorem, quem venerari & colere, ejus-
que implorare opem & auxilium debeat: cui voca-
ti aures non occcludent, major ipsis paulatim lux
oriretur, Dei que, & rerum ad salutem spectantium
notitia magis ipsis in dies ac magis illucesceret, vi-
tamque honeste & ad rectæ rationis normam in-
stituentes, Deo illis manum auxiliariæ porri-
gente, ad beatitudinem tandem pertingerent.

Hoc inter alios luculentem tradit S. Prosper, pro-
batque ex illo Actorum 14. v. 16. Non sine testi-
monio semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo, dans
pluvias &c. Quid est, inquit, hoc testimonium, quod
semper domino deservivit, & nunquam de ejus bonitate
ac potestate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis
pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum ejus
dives largitio, per qua humani cordibus quedam ater-
ne legis tabula prebebantur, ut in paginis elementorum,
& voluminibus temporum, communis & publica divi-
ne institutionis doctrina legeretur. Pulchritudinem de
hoc auxilio sufficiens S. Augustinus lib. 1. ad sim-
plicianum, q. 2. ubi sic habet: Noluit Esau, & non
cucurrit; sed si voluisset, & cucurisset, Dei adjutoris
pervenisset, qui etiam currere & velle vocando praes-
ret, nisi vocatio contempta, reprobus fieret.

Quare, siqui subinde ex Sanctis Patribus affir-
mare videantur infideles omnes non vocari ad gra-
tiam, loquuntur de vocatione speciali, seu efficacie,
& per quam de facto pertingunt ad baptismum, &
fidem Christi explicitam. Quod de Sancto Pro-
spero in particulari affirmari meritò potest, qui de
his loquens ait: Non possumus dicere, quod ibi sit
gratia vocatio, ubi non est Matris Ecclesia regeneratio.
Loquitur, inquam, de vocatione congrua, seu
efficacie. Unde non est necessarium dicere cum
Vasquez hic, Disp. 97. S. Prosperum negasse dari
hinc infidelibus gratiam sufficientem: hoc inquam
dicere non est necesse, maximè cum de mente
S. Prospere hac in parte conflet ex sectione prece-
cedente, numero septimo, & hinc numero se-
cundo.

Dices,

III.
Quis sibi
ex patribus
nonnulli
candidati
les omnes
non vocari
ad gratiam.

S. Augu-
stini.

Deus omnibus dat media sufficientia. Sect. VI. 211

IV.
Argumētū
al negandū
gratiam suf-
ficiēt,
dicitur ex
vincibili
ignorantia
Dei.

Dices, in multis est invincibilis ignorantia Dei, ergo non habent auxilium sufficiens ad credendum, cum obiectum, Deus scilicet in quem credant, non sufficientet, in modo non omnino iis proponatur. Respondetur juxta dicta supra, disp. 2. sect. 2. invincibilem Dei ignorantiam in nomine, nisi ad breve tempus, dari posse, unde hoc non obstat quod minus identidem dari iis possit gratia sufficiens.

V.
Lapsus om-
nium datur
auxilium
sufficiens ad
resipisci-
endum.

Hinc ulterius infero lapsus omnibus dari auxilium sufficiens ad resipiscendum: non quod omnibus omnino momentis, & in quibusunque semper circumstantiis hujuscemodi auxilium habeant, sed opportuno tempore. Hæc, inquit Tannerus tom. 2. disp. 6. q. 2. dub. 2. num. 31. est communis & certa Theologorum sententia, & contrarium erroris condemnat S. Thomas 3. p. q. 86. art. 1. Erroneum, inquit, est afferre, aliquid peccatum esse in hac vita, de quo quis penitere non posset.

VI.
Probatur
nemini gra-
tiam dene-
gari ad re-
fugendum.
Math. 11.
v. 28.

Primum, quod scilicet omnes habent auxilium sufficiens ad resurgendum, probatur ex Sapientia II. v. 24, & cap. 12. v. 19. & 20. ubi dicitur Deus dissimilare peccata hominum propter penitentiam, dare locum ut possint mutari a malitia, &c. Deus etiam frequenter invitat homines ad penitentiam, veniente, inquit Christus, ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: ergo possunt venire, ergo habent ad hoc gratiam sufficiensem. Quare Concilium Lateranense cap. Firmiter definit hominem lapsum posse semper in Ecclesia per penitentiam reparari.

VII.
Offenditur
non singulis
momentis
adesse omni-
bus gratiam
ad resipisci-
endum.

Secundum, auxilium scilicet ad resipiscendum sufficiens omni homini singulis momentis non adesse, sed pro loco tantum ac tempore unicuique dari, optimè ostendit Bellarminus de gratia & libero arbitrio, lib. 2. cap. 6. & Vasquez I. p. d. 97. cap. 5. & alii. Ratio est, cum enim gratia haec, seu auxilium in divina inspiratione, & mentis illuminatione situm sit, certum est singulis momentis ab omnibus haberi non posse, sepe siquidem formio impeditur homines, sepe multi ebrietate, variisque non raro negotiis distinguntur, itaque illis immersi sunt & absorpti, ut divinis inspirationibus, de lege saltu ordinariis, locum non relinquant. Nullus tamen est adulterus, rationis usum adeptus, quantumvis profligata vita, & innumeris peccatis ac sceleribus onus, qui internos identidem gratia pulsus, Dei quæ ad penitentiam, vitæque mutationem vocantis motus non sentiat, quibus si autem præbeat, ad meliorem se frugem recipere, & salutem, Deo uberiora, ut solet, auxilia conferente, obtinere possit. Quod etiam de infidelibus in ordine ad cognitionem Dei, & vera fidei acquisitionem est dicendum.

SECTIO SEXTA.

Adjiciuntur quedam de Gratia sufficiente.

I.
Singulis in-
stantibus
uniquique
habet auxi-
lium, sen-
tientia
sufficien-
tis ad vita-
duos pecca-
tum.

OMNIBUS tamen adultis quovis instanti adest auxilium, seu vires sufficientes ad peccatum vitandum: ita Theologi omnes. Ratio est, quia nullus in eo peccat, quod vitare non potest; aliqui qui ad malum necessitaretur, pœnæque ob id estet obnoxius, quod penes ipsum non est declinare, eiusque violatio illi vitio daretur per quod ipsi observatus est impossibile. Hoc autem & contra naturæ lumen est, ut fusè ostendi in Prometheus.

Christiano; Disputatione 13. & ipsi fidei adversatur. Quare Innocentius decimus inter alias hereticas propositiones in libro Cornelii Jansenii repertas, hanc omnium primam damnavit: Aliqua Dei precepta Hominibus Iustis volentibus, & conantibus, secundum presentes, quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illi gratis, qua possibilia sunt. Dicitur Corne-
li Jansenii,
Irenæi Ep. 13. proposi-
tiones ha-
reticæ.

Quam propositionem Pontifex ut Temerariam, Impiam, Blasphemiam, Anathemate damnatam, & Hæreticam declarat, & ut talen damnat: ergo juxta hanc Pontificis definitionem nulli deest gratia ad præcepta omnia servanda, & consequenter ad peccata vitanda sufficiens. Deinde, si illo instanti, quo quis labitur in peccatum, non habeat gratiam & vires tentationem illam superandi, & Hæreticum
est dicere,
non requiri
ad peccan-
dum liber-
tatem à ne-
cessitate.

Natura Lapsus non requiritur in Homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à Coactione. Quam propositionem damnat Pontifex ut Hæretican.

Hanc veritatem aperte nobis variis locis tradunt sacra Literæ: unum tantum locum in praesenti proferam, Ecclesiastici 15. v. 14. ubi sic habetur: Deus ab initio constitutus hominem, & reliquit illum in manus consilii sui. Adiecit mandata & præcepta sua: Auxilium
ad nos pec-
candum sem-
per adesse
dicit scri-
psi volueris mandata servare, conservabant te, &c. Ap-
pius.

posuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam: Ance hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei dabitur. Plura in hanc rem Scripturæ loca afferant postea, Disput. 85. ubi hanc de libertate questionem ex proposito discussiam.

In eadem confirmanda veritate multi sunt Sancti Patres: sic S. Leo de Deo ait, Iuste in istat precepto, qui precavisti auxilio. S. etiam Chrysostomus hom. 16. in Epist. ad Hebreos: Non potest, inquit, dicere non possum, neque accusare, condicorem: si enim impotentes nos fecit, & deinde imperat, culpa eius est. Et paulò post: Si voluerint, omnes poterunt: & habentis quippe cooperatorem, & adjutorem Deum &c. Idem clare docet S. Hieronymus in Epist. ad Cyprianum: Homo, inquit, à principio conditionis, Deo uritur adjutore: & statim subdit: Nihil boni operis agere potest absque eo, qui ita concepsit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret. Idipsum docent alii Patres, apud quos nihil frequentius, quam Deum homini, ad non peccandum auxilium, seu vires nunquam denegare.

III.

Eadem veri-
tas probatur
ex Patribus.

SECTIO SEPTIMA.

Quæ Divi Augustini fuerit de Gratia sufficiente sententia.

NON levius inter Auctores est de sententiâ **I.** S. Augustini circa Gratiam sufficiemtē controverbia: ejus proinde mens paulò accuratius est investiganda. Difficultatem in primis facit id quod in expositione Epistolæ ad Romanos scriptis S. Doctor, ubi de Pharaone loquens, sic habet: Non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperavit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat; sed quia talē se prebut, cui cor obduratur tunc. Ergo secundum S. Augustinum defuit Pharaonam gratia, seu vires quibus Dco obtemperare potuisset. Secundus Divi Augustini locus, qui divinæ

Gratiae

212 Disp. XXXVIII. De Providentia supernaturali. Se. VII.

TOMVS I.

Gratia assertoribus facilius negotium, est lib. de Correptione & gratia, cap. II. tomo septimo, ubi haec sribit: *Quod si homini defuerit adiutorium Dei in statu innocentie, non utique sua culpa cedidisset, nunc autem quibus tale adiutorium defet, jam pana peccati est, quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitur. Ergo iuxta Divum Augustinum doest quibusdam gratia sufficientis, seu auxilium, de quo in prefatis disputamus. Tertio S. Augustinus tom. 7. ad articulos sibi falsos impositos, artic. 7. affirmat Neminem deserit a Deo, nisi prius ipse deserat D. un. Quod etiam habetur in Cœilio Tridentino, Sess. 6. cap. undecimo. Aliquos ergo ita deserit Deus, ut vitare peccata non possim. Haec fere sunt, quae contra gratiam sufficientem ex S. Augustino afferri solent.*

II.
Varid vari
de ments
S. Augustini
circa gratiam
sufficientem
opinamusur.

P. Vasquez 1. p. Disp. 97. cap. 3. & 6. ait, & olim existimat S. Augustinum quibusdam defuisse gratiam sufficientem, & cum semper in illa sententiâ perseverasse: quod tamen, inquit P. Granado 1. 2. tract. 6. Disp. 1. sect. 4. de tanto Doctore fas non est suspicari. Molina itaque in Concord. q. 14. art. 13. Disp. 10. Valentia & alii, eti aliquando hanc D. Augustini fuisse mentem existimunt, aiunt tamen eum mutasse sententiam.

III.
Sepè affir
mat S. Au
gustinus da
ri omnibus
gratiam
sufficientem.

*S. Augustini Pharaonem compa
rat cum Na
buchodonos
for. Et sanè, licet quadam S. Augustini verba in
nuant negasse ipsius quibusdam hominibus gratiam sufficientem, sepius tamen affirmit contrarium; unde hanc fuisse ejus mentem, jure ex
istimare possumus. Et ut omniam locum suprà,
sect. 5. num. 2. allatum, S. Doctor lib. de Præ
destinatione & gratia, cap. 14. loquens de Pharaone,
Nunquid, inquit, non potuit sicut flagelis cedens ex
pulit populum; ita miraculo creders Deum tanta vir
tutis agnoscere? Et cap. 15. Pharaonem compa
rare cum Nabuchodonosore, hic, inquit, ma
num Dei sentiens, in recordatione propria iniquitatis
ingenuit: alter libero contra Dei misericordissimam
charitatem pugnavit arbitrio. Deinde Sermones 88.
de tempore, ex professo impugnat eos, qui affir
mant Pharaonem, in eo quod populum Israeliticum
iustus non dimiserit, minimè peccasse, eò
quod fuerit obdurate, ergo censet S. Augustinus
Pharaonem, non obstante obduratione, peccasse;
quod tamen loco illo in Epist. ad Romanos suprà
num. 4. citato, videbatur negare.*

IV.
Docet Scri
ptura pe
ccasse Pha
raonem, non
dimisitendo
populum.

*Ond ipsæ Sacra Literæ peccasse Pharaonem te
stantur, in eo quod populum, jubente Deo, non
dimiserit, hoc enim ei virtio sapientia datur, ergo fa
cere illud potuit, & peccavit non faciendo. Pra
terea Deus per Moyen præcepit Pharaoni, ut po
pulum dimitteret, ergo id facere poterat; frusta
namque, in modo imprudenter alicui præcipit id,
quod præstare nequit: perinde enim est, ac si quis
eum jubaret loqui, qui caret lingua. Ergo non
obstante obduratione potuit Pharaon obedire, nam
quantumvis obdurato esset, & obfirmato in con
trarium animo, Deus nullocum præcepit ut po
pulum dimitteret. Hoc idem probat locus ille
Apostoli cap. 2. ad Rom. v. 5. Secundum autem
doritiam tuam, & imponens cor, thesaurizas tibi
iram, in die ire, & revelationis justi judicii Dei:
ergo diutia cordis, seu obduratio non tollit fac
tatem faciendo contrarium, & consequenter poten
tiam peccandi: obduratio est enim quia vult, &
ultra dat manus peccato.*

V.
Expositio
prima testi
menti S. Au
gustini in
Epistola
ad Rom.

*Cum ergo in posterioribus hisce operibus longe
alio modo de Pharaone & obduratorum peccatis
loquatur S. Augustinus, quam in expositione Epist.
ad Romanos, supra num. 4, relata, merito cen
sendum est S. Doctorem suam hac in re mutasse*

sententiam, maximè cum juvenis adhuc, & ante suscepimus episcopatum se hunc librum scripsisse
asserat, nec divina gratia mysterium adeo tunc ei
fuisse perspectum, ut testatur lib. I. Retract. cap. 23.
Nec contraria hoc urget quod afferit P. Vasquez hic,
Disp. 97. cap. 2. num. 15. S. Augustinus scilicet,
est multa in expositione illâ Epist. ad Rom. re
tractaverit, hunc tamen locum nunquam correxit; Diarium
lud de Pha
raone retin
et. Hoc
in aliis
exercit
auctoritatis libris sapientius docendo contrarium. Indò
cum libro illo primo Retractionum, ut vidimus,
affirmet se, dum illum librum scriberet, naturam
divinæ gratiae non adeo penetrasse, sufficienter in
sunt, suam de gratia sententiam non esse inde
eruendam.

Ad secundum D. Augustini testimonium quod VI.
attinet, suprà num. 4, allatum, ubi afferit, *Si An
gelus vel hominum, quam primum facti sunt, hoc adjuto
rium defuerit, non utique sua culpa cedidisset: Hoc
inquam S. Doctoris dictum æquè urget Calvinum
& Jansenium, cum negent ipsi ullam omnino cui
quam in hoc statu dari gratiam, quæ effectu careat,
seu que tantum sit sufficientis, quod huc expresse
negat S. Augustinus. Certum itaque videtur,
non hic loqui S. Augustinum de lapsu in peccatum,
sic namque loqueretur pugnativa: perinde enim est
ac si dicaret, eos culpam admiseros sine culpâ,
peccatum quippe omne essentialiter est culpa. Sen
sus ergo illius dicti est, si Angelus & homo ab
initio non habuerint adiutorium illud, seu gratiam
excitante, sine sua culpâ cedidissent, feri defi
cient à statu merendi; hujusmodi enim auxilium
est ad actus supernaturales necessarium, & sine Gra
tia quo nihil vel cogitare boni vel facere quisquam po
test sicut oportet. De hac proinde gratia paulò
antè loquens ait, sine eâ hominem, etiam cum li
bero arbitrio, bonum esse non posse: hæc quippe est
totius ædificii supernaturale fundamentum: est
primum mobile in illo ordine, cuius proinde mo
tu cesseante, ceteri, qui inde pendunt, motus ce
sent oportet.*

Hinc etiam facile solvit, quod codem loco, VII.
de hæc gratia loquens addit S. Augustinus: *Nunc Quidam
autem quibus defet tale adiutorium, jam pana peccati
est. Primò enim intelligi hoc potest de damnatis, sed jam
sua culpa, ob peccata scilicet, dum in vivis parvula
essent, admissa, & finalē in iisdem impeniten
tiā, omni jam gratia, & supernaturali dono or
bantur. Cum enim finis supernaturalis, Dei scili
cat visio, sit ipsi impossibilis, media omnia ad fin
em illum consequentia proportionata illis dene
gantur, utpote quæ habere non possent effectum,
sicque nullo iis fine darentur. Quod vero sub
jungit S. Doctor, *Quibus autem datur, secundum
gratiam datur, intelligitur de adulis omnibus, in
via hic existentibus; nascimur enim omnes filii iræ;
unde quicquid nobis datur gratia, ex gratia datur,
ut optimè ostendit Bellarminus libro secundo de
gratia, cap. quarto.**

Secundo illud Divi Augustini dictum intelligi VIII.
potest, non quod ulli semper defit hoc adiutorium, Quod ab
sed quod non omni tempore, seu singulis momen
tis hujusmodi auxilium habeat peccator, ut con
vertatur; quod Ethnici exempli causa sapere nullam
habeant cogitationem (quamvis nullus sit, qui in
terdum cum non habeat) qua ad fidem & salutem
accendant, iuxta dicta Sectione præcedente num
septimo: hoc inquam pana peccati est, saltem ori
ginalis. Singulis tamen momentis habere unum
quicunque auxilium, seu vires sufficientes ad non
peccandum.

peccandum, nunquam negat S. Augustinus, nec salvâ fide negari potest, ut initio hujus sectionis ostensum est.

IX.
Explicatur
tertium D.
Augustini
dictum cir-
ca gratiam
sufficientem.

Deforuntur
guidam à
Deo permis-
sive.

Quo sensu
dicatur Deus
excecare, &
indurare
peccatores.

X.
Aliud aper-
tum S. Au-
gustini testi-
monium pro
gratia suffi-
ciente.

Paulus Orosius
S. Augu-
stini contra
nauis.

XI.
Error Ian-
ni circa im-
possibilitas è
præceptori.

Tertius denique Divi Augustini locus suprà, num. 4. citatus, Neminem scilicet deserit à Deo, nisi ipse prius deserat Deum, duobus modis explicari potest. Primo si dicatur cum Vasquez hic, Disp. 97. cap. 6. num. 35. sermonem illic esse de gratia seu auxilio, non præveniente, sed comitante, seu adjuvante; hoc autem à Deo nemini negatur, nisi ipse prius deserat Deum, ei scilicet non cooperando, sed gracie præveniente, seu excitante resistendo. Secundo intelligi dictum illud potest, Deum neminem deserere permisive, in talibus scilicet cum circumstantiis relinquendo, in quibus moraliter loquendo sit casurus, & amissurus salutem, nisi ipse Deum, sanctas ejus inspirationes sibi restringendo, & per profligatissimam vitam, in omni fecerum genere transfactam, prius deserat. Hic tamen, licet in dicto sensu deseratur, Deusque illi uberiora auxilia deneget, opem tamen & vires ad conversionem necessarias, eidem absolute non afferat, sed gratiam ad resipiscendum requisitam idem & robur ad humani generis hostis assulitus sustinendos necessarios, peccatumque vitandum semper præberet. Et hoc etiam sensu intelligenda est Sacra Scriptura, dum in eâ subinde dicitur Deus excecare, & indurare peccatores: sensus, inquam, est cum permittere graves tentationes, & gratiam non ita ubere conferre, licet conferat juxta haecenius dicta sufficientem. De hac autem induratione plura dicentur infra, Disp. 41. sect. 1. num. 11. & 12.

Tandem S. Augustinum admisit gratiam sufficientem confat, præter jam dicta, ex illo quod habet tom. 1. lib. de Gen. contra Manichaeos, cap. tertio: *Illud, inquit, lumen scilicet Deus parat pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum, & temporalium, se ad eum præcepta servanda convertunt, quod omnes homines possunt, si velint: quia illud lumen omnem hominem illuminat.* Quid clariùs? Accedit quid S. Prosper loco suprà Sect. 4. n. 7. citato, & alibi, Sanctus etiam Fulgentius epistola septima, uteque fideliissimus S. Augustini sectator, gratiam sufficientem aperte concedant. Nec ad intelligendum, quanam hac in parte mens fuerit Divi Augustini, parum conducit, quid Paulus Orosius S. Augustini coetaneus, & acerrimus doctrina ejus defensor, in Apologia pro arbitrio libertate, exprefse non semel afferat, dari omnibus gratiam sufficientem: & cum multa in hanc rem dixisset, tandem concludit: *Ex quo evidenter declaratum est, nemini hominum deesse adiutorium, praesertim cum seductor inficiat, & inficit infirmitas.* De gratia sufficiente plura dicentur infra, Disp. 120.

Hinc infero, Jansenium turpiter cum Hæreticis errasse, dum quedam Dei præcepta ait hominibus secundum præfentes, quas habent vires, esse impossibilia, & gratiam iis deesse, qua fiant possibilia. Hoc tota hac Disputatione est ostensum: & infra Disp. 117. de eo ex professo agetur.

Vñrum infantibus, qui prius ex hac vita decedunt, quam ad rationis usum pervenerint, Deus præderit media sufficientia.

SECTIO OCTAVA.

I.
Status pre-
senzis que-
stionis pre-
ponitur.

ADULTIS omnibus sufficientia ad salutem à Deo prævisa esse media & remedia ostendimus; nunc de infantibus agendum, quorum plurimi sine remedio peccati originalis decedunt, in ipso scilicet matris utero frequenter extincti, nec lucem unquam aspiciunt, & prius penè vivere desinunt, quam incipiunt. Idem etiam est de aliis, qui quanvis in lucem editi sint, nullâ tamen humana ope aut industriâ applicari iis sèpè baptismus potest.

P. Vasquez 1. p. Disp. 96. fecutus Gregorium in primum, Disp. 46. q. 1. Driedonem de Captivitate & Redemp. Gen. hom. tract. 5. cap. 1. & alios nonnullos, ait parvulus omnibus non dari media sufficientia ad salutem, iis scilicet, de quibus dictum est numero præcedente: ut enim inquit, parvuli dicuntur habere media sufficientia ad salutem, in iis statui debent circumstantiis, ut saltem possint iis adulti succurrere, si velint, eosque Sacramento salutis abluere, quod in utero materno extinctis, eoque loco natis, ubi haberit aqua non potest, & statim post ortum è vita decadentibus fieri nequit.

Pater Suarez econtra, lib. 4. de Prædestinatione, cap. 4. Lessius de Prædestinatione num. 65. Secunda sen-
tientia autem Valentia 1. p. q. 23. punct. 4. Tan. to. 2. Disp. 6. q. 2. Dub. 2. num. 21. & alii communiter affirmant, *omnibus omnino parvulus sufficientia ad salutem* media à Deo esse prævisa, utpote qui, quantum est ex se, vult illos salvari. Quod si contingat, inquit, eos non consequi salutem, non stat per Deum, sed aliunde provenit, & præter illius intentionem.

Hec secunda sententia mihi videtur amplectenda, tum quia dignus de Deo loquitur, tum quia est varis Scripturæ locis conformior. Dicendum itaque Deum parvulus omnibus mediis sufficientia prævidisse: quanvis etenim non semper habeant media proxima, seu proximè applicata, ut per se videtur manifestum, impedientibus id sèpè causis naturalibus, quarum cursum filtrere, earumque ordinem ac seriem interverttere Deus non tenetur; ipsi tamen ex parte suâ remedia prævidit, eique per accidens est quod non applicentur.

Probatur conclusio primò: *Deus enim vult omnes homines salvos fieri*, ut latè probatum est suprà sect. 1. 2. & 3. ergo & parvulos, cùm verè homines sint, & consequenter in generali illâ clausula comprehendantur: de quibus proinde rectè ad rem præsentem Sanctus Augustinus tom. 7. lib. 4. contrâ Julianum, capite octavo. *Nunquid parvuli, inquit, homines non sunt, ut pertineant ad id, quod dictum est, omnes homines?* Ergo quisquis dictum illud intelligendum cerbet, sicut verè intelligi debet de omnibus adultis, intelligere illud etiam debet de omnibus parvulis, & nullo fundamento quicquam eos à generali illâ Apostoli sententia excluderit. Ergo saltem debuit Deus media iis ad salutem sufficientia prævidisse.

Vasquez nihilominus verba illa Apostoli restringenda ait ad solos adultos; addit enim, inquit, & ad agnitionem veritatis venire; ergo illos solos vult Deus salvos fieri, quos vult ad agnitionem veritatis

II.
Prima sen-
tientia negat
parvulus
omnibus da-
ri media suf-
ficientia.

III.
Secunda sen-
tientia affir-
mant, eque parvulus
omnibus
proviuum.

IV.
Dicendum
parvulus
omnibus
Deum suffi-
cientia me-
dia provi-
disse.

V.
Deus vult
omnes ho-
mines salvo-
s fieri; ergo
parvulos.

VI.
Quo sensu
vult Deus
parvulos
ad agnito-
rem verita-
tis venire.

veritatis venire, sed solos adultos venire vult ad agnitionem veritatis, cum parvuli pro eo statu ad veritatem, seu Dei cognitionem venire non possint; ergo illud D. Pauli dictum de solis adultis est intelligendum. Ad hoc tamen responderet ibidem S. Augustinus, parvulos etiam ad agnitionem veritatis habitu venire, quia habitu credunt dum baptizantur; tunc enim habitus iis fidei infunditur: inquit vult eos venire actu, quia in celum transmittuntur; ubi, inquit, est certa veritatis agitio. Deus ergo parando infantibus hisce baptismum (quamvis ratione causarum secundarum, quarum naturalem cursum Deus impedit non tenetur, nec sine miraculo potest, eum actu non recipiant) vult quantum est ex se & inefficaciter, ut supra dictum est de reprobis adultis, eos venire ad agnitionem veritatis habitualem: ut vero eodem modo vult eos salvos facere, vult etiam, quantum est ex se, ut in celo veniant ad agnitionem veritatis actualiem. Tandem pro his etiam parvulus est orandum; ergo Deus vult eos salvos fieri: illos enim omnes juxta Apostolum loco illo 1. ad Tim. 2. vult Deus salvos fieri, pro quibus est orandum.

VII.
Christus pro omnibus est mortuus; ergo etiam pro parvulis.

Secundo probatur: Christus pro omnibus omnino hominibus est mortuus, ut certum de fide esse ostensum est supra, Sect. I. num. quinto. Sic 1. Joan. 2. vers. 2. de Christo dicitur: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Secunda etiam ad Corinthios, cap. 5. vers. 19. dicit Apostolus: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Unde universum Patres affirmant Christum vere esse Redemptorem omnium: quod saltem intelligi debet quoad sufficientiam; ergo providisse omnibus debuit media, quibus salutem consequi potuissent.

VIII.
Ut Christus sit omnium Redemptor, non sufficit ei us mortuus ad omnes reali- mados sufficientem.

Pretium non applicatur perinde est ac nullum.

IX.
Viterius ostendit Christum esse Redemptorem parvorum.

Quod autem Christus, etiam hujuscemodi parvorum sit Redemptor, ulterius probatur ex Concilio Tridentino, sess. 6, cap. 2. ubi assertum est Christum, ut omnes adoptionem filiorum recipenter. Quod etiam expressè docet S. Prosper lib. 2. de Vocab. cap. 23. Non irreligiose, inquit, arbitror credi, quod si paucorum dierum bonines ad illam pertineant gratia partem, qua semper universis est impensa nationibus, qua uite si bene uerentur eorum parentes, etiam ipsi per eisdem juvarentur.

Vult Deus parvulos venire ad agnitionem Dei & habitualem, & actuali- lem.

Pro parvulis omnibus est etiam pro parvulis.

Dicitur: Deus interdum aliiquid inspirat matrem gravida, quod illa dum facit, causa est mortis infantis; movet eam exempli causâ ut con-

SECTIO NONA.

Argumenta contendentia non esse parvulis sufficienter provisum de mediis ad salutem necessariis.

DICES: Deus interdum aliiquid inspirat matrem gravida, quod illa dum facit, causa est mortis infantis; movet eam exempli causâ ut con-
I. Dicitur: Deus subinde in templo audiat, quam dum audit, ruit templum, eamque una cum prole obruit: in hoc ergo casu videtur Deus nolle hujus parvuli salutem, & media ei ad salutem necessaria non providisse.

Respondet, In hoc etiam casu non velle Deum, ut parvulus ille non consequatur salutem, sed media ei sufficientia, quantum est ex parte Dei, providisse: quod vero hic & nunc infans morte planè inopinatâ extinguatur, ac baptismum, & consequenter salutem non obtineat, est præter intentionem Dei, qui media generalia ei paraverat, nec ex voluntate Dei primariâ & antecedente provenit, quod iis fructuatur. Inò ne quidem mortem matris hic directè vult Deus, sed tantum bonum animæ: quod vero illa simul cum prole ruinâ domus opprimatur, est Deo per accidens. Addo, licet Deus matrem ob sua peccata vellet interfici, non tamen propterea vellet directè interfici prolem, multò minus ut non consequatur baptismum & salutem: nec enim effectus ex actione aliquâ secutus est semper agenti voluntarius, sed tunc solùm, quando vel est intentus, vel cum quis impetrare tenetur.

Dices secundò: ipsam etiam causarum naturalium dispositionem esse penes Deum; cum ergo III. Quidam Deum hoc eas ratione disponuerit, ut prius moreretur causatus parvulus quam naferetur, argueret videtur nolle rebus vel rebus Deum ut ad baptismum pertingeret. Hæc tamen stat vel vel vel illatio nullo modo subsistit: Deus quippe non ea tati salutis intentione res in hac serie ordinavit, ut parvulus di parvula mediis illis destitueretur, sed alias ob causas: quod autem ex hac occasione contingat interdum mors immatura parvuli, est per accidens, & præter Dei intentionem, qui quantum est ex se, diuturniorem illi vult vitam. Nec in tantâ rerum varietate ac vicissitudine, juxta communes divinæ providentia leges fieri potest, ut aliqui infantes hoc modo immaturè non extinguantur, nec citra ingens miraculum, contrarium potest accidere.

Quo sensu intelligendum est S. Augustinus, dum IV. Dicitur Dei voluntari tribuere videtur, quod parvuli nascentes subinde baptismum non recipient; huc nimur hujus voluntati id tribuit, quod causarum naturalium cursum sistere nolit, aut ordinem intervertere.

Dices tertio: ut adulitus media habere censeatur ad salutem sufficientia, seu gratiam, in illius dispositum esse debet potestate, ut mediis illis, seu gratia inter aliis utatur si velit; ergo ut infanti sufficienter sit de te & parvulus circa medis similiter ad salutem necessariis provisum, in potestate aliorum saltem esse debet, ut ea, si media aliis velint applicent. Negatur tamen consequentia: causa enim naturales, & rerum in universo dispositio non obstat gratiae in eos infusioni; unde vim nullam causis hisce infert Deus, nec miraculosa quidquam operatur, dum adultos, interdum illuminat: ac proinde nisi hujusmodi lumen, seu gratiam aliquando iis infunderet, non facaret in hoc genere, quod ex parte sua potest. Secus res se habet in parvulis; quibus frequenter,